

teris arguo, & ardens famæ desiderium,
 totque diurnos ac nocturnos labores
 meos, forsan effectu carituros, atque in-
 terim ad alia, et si non speciosius, certè
 fructuosius conuertendos. Non est
 cuiusuis ingenij libros scribere: mag-
 na quidem res est, & singularis &
 difficilis, & paucorum hominum, sed
 multa inquis intelligo, multaque longo
 studio quæsiui, cur me à scribendo de-
 hortaris? quia fieri potest, ut recte quis
 sentiat, & id quod sentit politè eloqui
 non possit: Quis hoc profectò M. Tul-
 lius, & si nullus diceret, unusquisque ta-
 men ita esse fatebitur, cui non sit insitum,
 pro voluptate potius quam veritate con-
 tendere. Quid igitur faciam dices? Si con-
 filium poscis, accipe quod ego impetu a-
 nimi raptus, mihi ipsi ne quicquam sæ-
 pius inculco. Studium tuum ambitione
 careat ac pompa, saluti inuigilet, nō glo-
 riæ, profecisse te depulsis tenebris igno-
 rantiæ, vel ad intellectus lumen dunta-
 xar, vel etiam linguae claritatem agno-
 scis, Deo gratias agens, utere bono tuo æ-
 quanimiter, humiliter, & ubi facilius ac
 fœlicius potes ingenium exerce, scribere
 autem eius rei peritis lipque, memor Graij